

tionem genericam est uniuersale in ordine ad plura, ut plura sunt: ergo secundum rationem specificam est uniuersale per ordinem ad plura; ut plura sunt: sed species; viam alibi vidimus; non habet formaliter rationem plurimum, ut sic: ergo ne talium plurium: ergo Proprium, sicut in esse generico uniuersalis non constitutus per ordinem ad speciem, sed per ordinem ad individua illius: sic in esse specifico non per ordinem ad speciem, sed ad individua constitutus.

*Ad primū* Ad argumenta ad primitū distinguo minorē: habet rationem Proprij, ut est prædicatum, per ordinem ad speciem i concede: ut vero est uniuersale, seu prædicabile, nego minorem & consequentiam.

*Ad secundū* Ad secundum distinguo maiorem: formaliter nego, materialiter, concedo: hoc est: fundatum huius præcibilis necessatio debet esse passio propria, quæ essentia rei dimanat, atque adeo cum illa conuertibilis; ita ut talis conuertibilitas sit de eius essentiā, ut prædicatu est, non vero ut est prædicabile, licet ad huius rationem præsupponatur: & in hoc sensu potest intelligi ratio Doctoris, quando arguit: Proprium est prædicatum: ergo uniuersale: & etiam in loco erato pro probatione maioris: de quo quaest. sequenti adhuc redibit sermo.

## QVÆST. II.

*An diffinitio Proprij quarto modo sumptu sit conuenienter data?*

*Et quod soli accidit, & omni, & semper: quem admodum homini esse risibile. Cap. eod.*

**VÆRITVR** de definitione Proprij quarto modo dicti: an hæc diffinitio: scilicet, quod accedit omni, & soli, & semper, sit conuenienter data? Quod non viderur: quia non ponitur ibi genus Proprij, quod est uniuersale: nec ratio eius loco sui.

Item: ista ratio competit differentiæ ultimæ, & completivæ speciei: quia illa conuertitur cum diffinito, per Arist. 7. Metaphys. ergo, &c.

Text. com.

430

Item proprietas sic conuenienter diffinitur: no ergo Proprium: nisi per accidens



Item: accidens est distincta species à Proprio: ergo si conuenienter ponitur in eius diffinitione.

Item: datur per copulationem: ergo est increpanda: per Arist. 6. Topic.

Item: diffinitus; cum sit intentio: potest esse uniuocum in omni genere: sed accidens non est uniuocum: quia tunc tantum essent duo generalissima: substantia, scilicet, & accidens.

*Ad oppositum est Porphyrius.*

Ad quæstionem dicendum: quod ista diffinitio est conuenienter data: quia per Primum particulam, scilicet, accidens, habetur ratio prædicati; & modus prædicandi, scilicet, in quale accidentale: per omni, & soli, & semper; habetur conuertibiliter: & per has differentias descendit uniuersale in Propriu: ut patet in divisione uniuersalis. Est etiam hæc ratio eadem illi, quæ ponitur ab Aristotel. primo Topicorum. Proprium est prædicatum non prædicans essentiam conuertibiliter.

Sciendum est autem: quod accidens & quiocè est nomen prima intentionis, & secundum primo enim significat naturam extra animam, secundum quod Arillot. quinto Metaphy. diuidit ens in Tex. cō. 15 & inde. substantiam, & accidens. Secundo modo, adhuc est & quiocum: uno enim modo, idem est, quod prædicatum non essentiale: & sic est idem, quod esse, in, secundum quod esse, in, distinguunt contra dici, de, in principio Prædicamentorum: quia quod dicitur, de, est prædicatum essentiale: quod est, in, non est essentiale. Alio modo est intentio quedam sumpta à proprietate in re: sib quo, & eius opposito, intelligi potest illud, cuius est accidens, sine repugnancia. De accidente primo modo non loquitur Logicus, nisi per accidens: secundo modo ponitur in diffinitione Proprij; tertio modo est uniuersale distinctum contra alia quatuor.

Ad primum argumentum patet: per accidens enim intelligitur prædicari; per omni, de pluribus sub specie contentis: illa enim particula (in hoc, quod est una, ex quo habetur conuertibilitas eius cum specie) dicit uniuersitatem eius ad omnia, quibus inest species, cuius est Proprium.

Ad

## Quæst. II.

235

Ad secundum patet: quod differencia non accidit: quia prædicat essentiam: licet non per modum essentiae.

Ad tertium dico: quod proprietas, ut est nomen prima intentionis, non sic conuenienter diffinitur: sunt enim, quæ diffiniunt, secundum intellectum: ergo ibi sumuntur intentiones, quæ non diffiniunt rem primæ intentionis: quia sunt naturaliter posteriores ea: si sit nomen secundæ intentionis significans idem, quod intentio Proprij: illa non conuenienter diffinitur sic: quia illa significatur sub modo opposito ei, quo conuenit accidere acū.

Ad quartum patet: quia procedit de accidente tertio modo dicto.

Ad quintum dico: quod per omnia illa copulata: omni, & soli, & semper: debet intelligi unum circumloquutum: scilicet, conuertibiliter: & non est inconueniens ponere copulationem ad circumloquendum aliquid in diffinitione.

Ad sextum patet: quia procedit de accidente primo modo.

## Summa textus: simul &amp; explicatio.

**P**OST notitiam Proprij, quod sit, vel an sit habitam, quæst. præcedente: conuenienter quærit Doctor quid sit, siue quæ sit eius diffinitio: & an sit conuenienter data illa, quæ a signat Porphyrius de Proprio quarto modo sumpto: videlicet, Proprium est, quod accidit omni, & soli, & semper. Pro parte negativa sex rationibus arguit: prima ostendit non esse bonam diffinitionem: quia nec genus, nec aliquid loci generis habet. Secunda probat ipsam conuenienter alteri à diffinito: puta ultimæ differentiæ. Tertia eodem modo procedit: quia proprietas, quæ est prima intentione, per hanc diffinitionem diffinitur etiam: ergo talis diffinitio conuenit alii à diffinito, quod tantum per accidens per eam diffinitur. Quarta impugnat priam particulam, scilicet, ly, accidens, quæ est disparatum respectu Proprij. Quinta ostendit diffinitionem esse vitiosam: quia datur per copulationem contra Aristot. sexto Topicorum capite 13. Sexta tandem ostendit aliud eius vitium: quia diffinitum excedit partes diffinientes: cum oppositum debet esse ex secundo Posteriori, capite 17, quod probat: quia Proprium, sicut, & aliae intentiones, referunt uniuoce in omnibus nouem generibus: accidens vero non: quia tunc tantum duo essent generalissima: substantia, scilicet, & accidens: ergo incongrue ponitur accidens in diffinitione Proprij: quia si ponitur pro uno

significatorum, tunc Proprium excedit: si pro omnibus, non potest esse: quia accidens: ut hic, est æquinoctium & aquinoctium, in quantum tale non diffinit. Igitur, &c.

Sed istis non obstantibus statuit conclusio. *Conclusa.* nem dicens: quod prædicta diffinitio est conuenienter data: hanc probat per diffinitionis explicationem nostrabilis: nam, inquit, per ly, accidit, habetur implicita ratio prædicati, & modus prædicandi: quia infra quæst. 1. de Accidente, hæc verba, inesse, adesse, vel accidere, important rationem prædicati in concreto: & id est dicere: Proprium accidit idem est: ac si dicatur: est prædicatum in quale accidentale: per alia vero tria: quæ sequuntur: nempe omni, & soli, & semper: habetur Proprietate conuertibilitas: quare, Logice loquendo, sensus diffinitionis est: Proprium est, quod prædicatur de pluribus in quale accidentale conuertibiliter. Et addit: quod hæc diffinitio Porphyrii coincidit cum diffinitione Phylephi primo Topicorum cap. 4. nimis rur, Propriu est prædicatum non prædicans essentiam conuertibiliter.

Pro solutione argumentorum, pulchram diffinitionem de accidente adducit: quæ ad bimembrem sic reducitur: accidens aliud intentionale: aliud reale: primum est adhuc duplex: nam vel est prædicatum non prædicans essentiam: vel est quædam intentio sumpta ab accidentibus communibus, quæ quintum uniuersale continuit: accidens reale est, quod simul cum substantia dividit ens reale: & hoc, ait, per se ad Metaphysici considerationem pertinet: per accidentem autem ad Logicum spectare. Vnde accidens, quod ponitur in diffinitione Proprij, id est, quod prædicatum non essentiale importat: & tale accidens potest dici uniuocum Proprio, & accidenti: nec inde sequitur esse tantum quatuor uniuersalia: quia numerus uniuersalium assignatur secundum species subalternas infinitis propinquas, proprijs nominibus, & non tantum genericè, naneupatas: ut supra quæst. 6. Vnuersi vidimus. Et adhuc si est & quiocum adhuc loco generis ponи posset: quia tunc diffinitur, non ut & quiocum, sed ut nomen commune remote significans differentiam Proprij, & accidentis: & ita contrahitur per immediate addita: & sic est nomen commune contractum per specialia: quod sufficit.

Ad primum igitur negat assumptum, explicatque clarius diffinitionem traditam.

Ad secundum similiter negat assumptum: quia differentia non prædicatur in quale accidentale, sed essentiale.

Ad tertium eodem modo negat assumptum: nam proprietas pro prima intentione non potest per hanc diffinitionem diffiniri: nam quæ in ea ponuntur sunt termini secundæ intentionis, quibus prima diffiniri nequit: quia diffinientia præcedunt diffinitum naturaliter: secundæ autem intentiones naturaliter primas sequuntur. Et dato: quod proprietas sit abstractum Proprij, ut est secunda intentione adhuc non potest esse hic diffinitum: tunc quædiffinitio datur per terminos concretos habentes oppositum modum signifi-

Notæ.

nificandi: nūm etiam, quia Logicus non diffinit, nisi intentiones in concreto.

Ad quartum negat, ly, accidit, esse dispara-  
tum: vt hic accipitur: quare argumentum proce-  
dit de accidente, vt est quintum vniuersale: &  
ideo nihil concludit.

Ad quatum responderet: quod sic sit in cō-  
ueniens diffinire per copulationem denotando  
distantias partes diffinitionis copulari: quia cū  
diffinitio dicat vnum conceptum simplicem: &  
ideo proposito: qua enuntiatur de diffinito de-  
bet esse vna, & per se: tamen non est in conue-  
niens diffinire per copulationem circuloquuti-  
uerit optime declaratur in textu.

Ad sextum patet ex æquiuocatione accidē-  
tis: nam procedit de ipso primo modo accepto:  
vt patet.

### QVÆST. III.

*An proprium sit distinctum vni-  
uersale ab accidente?*

*Nam et si non rediat, semper tamen ri-  
sibilis homo dicitur: non quod iam  
rideat, sed quod natus sit ad riden-  
dam, hoc autem semper naturale  
est.*

**VÆRITVR,** an  
Proprium sit distinctum vniuersale ab accidente?  
quod nō videtur: quia Propriū, vel  
est substantia; vel  
accidens: non sub-  
stantia: quia omnis substantia est essentia  
liter eadem alijs: vel essentialiter diuer-  
sa: Proprium non est substantia essentia-  
liter diuersa à specie: quia tunc impos-  
sibiliter prædicaretur de specie: nec es-  
sentialiter eadem: quia tunc poneretur  
in diffinitione speciei: cum diffinitio to-  
tam exprimat essentiam diffiniti: non au-  
tem ponitur: quia potest demonstrari de  
specie per eius diffinitionem.

Item: omne, quod est in composito,  
præter materiam, & formam, est eius ac-  
cidens: quia hæc solam substantiam rei  
constituit: Proprium est in composito  
præter hæc: ergo, &c.

Item: omne resultans ex compositio-  
ne formæ cum materia est accidens: Pro-  
prium est huiusmodi: ergo, &c.

Item: è conuerso, quod omne accidens  
sit propriū; probatur: omne accidens dif-  
finitur per subiectum, per Aristot. septi-  
mo Metaphy, ergo enuntiatur per se se-  
cundo modo, de illo subiecto, per quod  
diffinitur: quia hæc est ratio secundi mo-  
di per se, quando in ratione prædicati  
ponitur subiectum: ergo illud accidens  
de illo subiecto potest demonstrari: quia  
sic sunt omnes conclusiones demonstra-  
tionis per se: ergo illud est Proprium res-  
pectu subiecti.

Item: sumpto aliquo accidente, qua-  
re de illo: aut inest huic subiecto per se:  
& erit Proprium: aut non: sed per acci-  
dens per hoc, quod inest alij: aut igitur  
illi alij inest per se: & sic, est Proprium:  
vel si semper per accidens, procedetur  
in infinitum in subiectis.

Item: ad principale: Proprium dif-  
finitur per accidentem: ergo non differt es-  
sentialiter.

Item, accidentis diuiditur per separabi-  
le, & inseparabile: Proprium videtur  
esse accidentis inseparabile.

Ad oppositum est Porphyrius; & Ari-  
stotel. primo Topicorum ponens Pro-  
prium, & accidentis, duo distincta prædi-  
cata.

Ad questionem dicendum: quod  
sunt distincta vniuersalia: quia acciden-  
tium, quædam sunt ab intrinseco: & hoc  
vel ratione materia; vt quantitas: vel  
qualitatum actuarum; sicut qualitates  
sensibiles posteriores: quædam ab extrin-  
seco: & hoc dupliciter: vel manent, à  
moto illo extrinseco: vt nigredo ab æstu:  
vel non manent: vt calor, vel figura aquæ,  
quæ sibi derelicta redibit ad propriam  
naturam: nullum istorum est Proprium:  
quia nullum istorum convertitur: est e-  
nīm defectus in aliqua trium particula-  
rum requisitarum ad conuertibilitatem;  
vel in omnibus. Est præter hæc accidens,  
quod inest speciei, ratione formæ: ita  
quod forma speciei est eius per se, & im-  
mediata causa posita autem causa necessaria,  
& præcipua, & immediata, ponitur  
effectus: & amota, amonetur: ideo omni  
habenti formam speciei inest tale acci-  
dens, & semper: & non habenti formam  
speciei non inest tale: ergo est simpliciter  
conuertibile cum specie: & potest  
per diffinitionem de ea demonstrari. Pro-  
prium igitur, vt hic sumitur, est intentio  
applicabilis tantum accidentibus vni-  
uersalibus.

*Text. com.  
4. 17. § 19.*

### Quæst. III.

237

mis: sed accidens, vt est quintum vniuer-  
sale, applicatur tantum alijs prius enumera-  
tis; quæ dicuntur accidentia com-  
munia: vel quia communiter insunt sub-  
iecto, & alijs: vel communiter, id est, in-  
differenter insunt, & non insunt: siue  
sic, siue sic, non sunt convertibilia. Sic  
igitur patet differentia istarum intentio-  
num per se ex diffinitionibus earum:  
quia Proprium est prædicatum non essen-  
tiale conuersum: & ideo sub eius oppo-  
sito non potest intelligi illud, cuius est, si-  
ne repugnantia: quia intelligeretur im-  
media per se causa, & necessaria sub  
opposito sui effectus primi. Sed accidens  
est, quod adest, & abest: vel quod contin-  
git eidem inesse, & non inesse: vt dici-  
tur primo Topicorum: id est, sub quo, &  
eius opposito, potest intelligi illud, cuius  
est, siue repugnantia: quod dicit Porphy-  
rius de accidente inseparabili, de quo  
minus videtur: quomodo abest vel adest:  
quia subiectum potest intelligi sub op-  
posito, dicens: potest enim coruus intel-  
ligi albus; & æthiops nitens candore.

Ad primum argumentum dicitur:  
quod procedit de accidente, vt est res  
primæ intentionis: similiter secundum,  
& tertium.

Contra: tunc omne Proprium est ac-  
cidens isto modo: quia cum nullum Pro-  
prium sit substantia: videtur, quod om-  
ne sit accidentis: quod non videtur ve-  
rum: quia accidentis primæ intentionis,  
vel est concretum, vel abstractum: si ab-  
stractum, non prædicatur vere de secun-  
da intentione: quia nec per se primo mo-  
do. Si concretum: contra: res primæ in-  
tentionis non denominant rem secundæ  
intentionis.

Ad hoc dicitur: quod accidentis, vt est  
nomen primæ intentionis, est æquiuo-  
cum ad nouem genera: in hac enim, om-  
ne Proprium est accidentis; tantum po-  
test accipi pro accidente vnius generis:  
& nullum istorum vniuersaliter inest  
Proprio: quia Proprium, cum sit vniuo-  
cum ad Proprium in hoc genere, & in  
illo; pro omnibus distribuitur: & acci-  
dens stat tantum pro accidente vnius  
generis: significatur ergo: quod omne  
Proprium cuiuscunque generis sit ac-  
cidens, accipiendo accidentis pro uno sig-  
nificato: tamen hæc est vera: omne Pro-  
prium in hoc genere est accidentis: acci-  
piendo prædicatum pro uno significa-  
to.

Item, vnius cuiusque, sicut est quod  
quid est, sic est diffinitio: ergo si aliquod  
acci-

to: & est hæc prædicatio reducibilis ad  
denominatiā: sicut vniuersaliter quan-  
do subiectum prædicatur de accidente:  
quia Proprium, vt est intentio, est acci-  
dens intentionale applicabile ei, quod  
prædicatur de ipso pro aliquo inferiori:  
sicut albus est animal: si album in sit ali-  
cui animali.

Vel potest dicitur: quod prædicatio de  
nominatiā vniuersala, & æquiuocata, diui-  
dunt prædicationem secundum se: quā-  
do subiectum, quod natum est subiecti; &  
prædicatur, quod natum est prædicari:  
cuiusmodi prædicatio non est, quando  
concretum subiectum respectu sui subie-  
cti. Contra hoc: accidentis diuiditur in  
intentionale, & reale; & accidentis inten-  
tionalis prædicatur de omnibus illis  
quinque per se.

Potest dici: quod ista Proprium est ac-  
cidens: non est vera: sumendo accidentis,  
vt est quintum vniuersale: vt patet in so-  
lutione questionis: nec vt est res prima  
intentionis: nisi prædicatione per acci-  
dens in uno sensu æquiuocationis: &  
hoc sumpto Proprio particulariter: vt  
dictum est in ultima responsione: est au-  
tem vniuersaliter vera: sumendo acci-  
dens pro accidente intentionali, scilicet  
pro accidente, quod est idem; quod præ-  
dicatum non prædicans essentiam: sed  
vniuersaliter falsa est hæc: Proprium est  
accidens: vt hic est sermo de accidente;  
quod est quintum vniuersale.

Ad quartum dicitur: quod accidentis  
determinans sibi subiectum diffinitur  
per subiectum; quod accidentis vocatur  
septimo Metaph. accidentis copulatum: *Text. com.  
17. § 19.*

vt symum respectu nisi: non quodlibet  
autem accidentis est tale: vt album, vel al-  
lia accidentia communia.

Contra, in septimo Metaph. probat *Text. com.  
4. 4.*  
Aristot. quod substantia præcedit omne  
accidentis diffinitione: necesse est enim  
in vniuersaliter ratione, substantia ra-  
tionem esse: quod non videtur intelligi  
tantum de copulatis: quia tunc notio  
tenderet ordinem substantiae secundum  
se ad accidentis secundum se: quod tamē  
ibi intendit: vt pater ex eo, quod conclu-  
dit postea: quod sufficit determinare de  
sola substantia ad determinandum de en-  
te: vt diuiditur in decem prædicamen-  
ta.

Item, vnius cuiusque, sicut est quod  
quid est, sic est diffinitio: ergo si aliquod  
acci-